

*Ad VIRUM Reverendum, Clarissimum
& Excellentissimum,*

DN. CASPARUM
FINCKIUM, S. S. THEOLOGICÆ
Doctorem celeberrimum, Ducatus Saxo. Coburgia-
ci Generalem Superintendentem vigilantissimum,
Assessorem & Professore publicum, Fau-
torem & Compatrem suum,
dilectissimum &c.

E*N*iterum nobis cantas dulcissime Fincki
Ostendisq; viam facilem Sacrosancta legendi
Biblicam verum monstras cognoscere sensum,
Fallacesq; Sophistarum depellere fumos!
Scilicet ut fringilla solet volitare per hortos,
Arboribusq; sedens presenti tempore verno
Dulcisono gratum depromit gutture cantum,
Cum radiis aurora suis lustraverit orbem,
Voce creatorem laudat, pullosq; volantes
Per campos suavem modularier edocet hymnum,
Et reliquas volucres modulamine vincere claro.
Sic eadem prestas longè Clarissime Fincki,
Singula que versus non enumerare valebit,
Sed tua restantur notissima scripta per orbem.
O igitur nobis illum ter Sancte Iehovah
Incolumentem multos serva latumq; per annos,
Ut plures possit tales depromere cantus.

Deproperabat

M. Nicolaus Hugo, aulicus Concio-
nator, Assessor & Professor
Saxo-Coburgiicus.

) (2

IN